



Wd. 72.







1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.



Disertationes

I^{mo}

1. De jurisdictione Officialium et de recursu
ad Officiali Leodiensi et Monasteriensi
ad Coloniensem. Wetzlar 1724.
2. De jurisdictione prorogabili Archidieoesis
Coloniensis - L^{ti} Gilgens - Colonia 1764.
3. De jurisdictione in genere L^{ti} Clasen - Col. 1754.
4. De Jure Devolutionis L^{ti} Bernerscheidt - Col. 1748.
5. De Jure Zeltrachtis L^{ti} De Geir. Colon. 1755.
6. De Parochis L^{ti} Högves Pastor ad S^{ct}-Lupum Colon. 1764.
7. De Peregrinatione Academicorum L^{ti} Zucet. do. Duisburgi 1716.
8. De Jure feudali L^{ti} Lucas Colon. 1756.



J. Eidermann H. 12. April 1892.



7
I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
HISTORICO, POLITICO,
THEORETICO PRACTICA

De
PEREGRINANTI-
BUS ACADEMICIS

Sive
DE IIS QUI STUDIORUM CAUSA IN
ALIENIS CIVITATIBUS DEGUNT

Quam
PRÆSIDE DEO TER. OPT. MAX.
Ex

AUCTORITATE & DECRETO

Magnifice, Amplissime ac Consultissime

FACULTATIS JURIDICÆ

in per illustri florentissimaque Univerſitate
Duisburgensi Regis Boruff. florentissima

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores atque immunitates
Doctores ritè ac legitime capeſſendi

In Auditorio majori publico eruditorum examini ſubmittit

JOANNES BAPTISTA ZUCKETTO

TREVIRENSIS DE ÜRTZETO.

Ad diem Auguſti horis conſuetis.

DUISBURGI AD RHENUM,
Typis JOHANNIS SAS, Academiae Regiæ Typographi.
Anno MDCCXVI.

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
HISTORICO-POLITICA
THEORETICO-PRACTICA
AUCTORITATE
PETRUS BAPTISTA
BUS ACADEMICIS
DE RE QUI STIPENDIUM CAUSA IN
ALIIUS CIVITATIBUS BEGENTIA
PRESIDE DEO TER OPT. MAX.
AUCTORITATE & DECLARATIO
PETRUS BAPTISTA
FACULTATIS JURIDICAE
in perillustri honorabilissimae Universitatis
Duisburgensi Regiae Borussiae
PROFESSOR
Summe in quaque hoc honoris & dignitatis
Doctoratus in ea legitime capere
JOHANNES BAPTISTA
Duisburgi apud R. W. W. W.
Typis Johannis Sax. Academiæ Regiae Typographi
Anno MDCCXVI.





In Nomine Domini nostri Jesu Christi,
in quo vivimus, movemur & sumus *Caus. 26.*
quest. 7. Can. non observatis 16. in fin.

Bene universa reguntur & competenter si rei
principium fiat decens & amabile Deo.

Imperat. Justin. *Nov. const. 6. in pr.*

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
HISTORICO, POLITICO, THEORE-
TICO PRACTICA

De

PEREGRINANTIBUS
ACADEMICIS

Sive

DE IIS QUI STUDIORUM CAUSA IN ALIENIS
CIVITATIBUS DEGUNT.

§. I.



Liquor jam effluxere anni, cum materiam
inaugurali ut vocant Dissertationi aptam cir-
cumspiciens, incidi in Materiam *Peregrina-*
tionis, non quidem tractaturus de peregrini-
nis, qui à Romanis eo nomine appellaban-
tur, quod Cives Romani non essent, & ad
quos

A 2

quos Jus Quiritum non pertineret, sive nunquam fuerint cives, sive amiserint Civitatem: neque de *Deportatis*, qui hæredes scripti tanquam peregrini nil capere poterant, *l. 1. C. de hered. inst.*, nec de iis, qui à Jctis *δοσολιδες* dicebantur, quod civitate carerent; sed de ea peregrinatione, cujus potissimum casus mihi ipsimet inter peregrinos obtigerunt, & in futurum aliis occurrere possent, bono cum Deo in sequentibus tractabo.

§. II.

Cum igitur inter species peregrinationis nulla fere sit potior, quam ea, quæ studiorum causâ fit in Academiis & Universitates, de his pauca præmittenda erunt. Estque Academia nil aliud, quam locus, in quo Magistri, Doctores & Professores diversarum scientiarum congregati, juvenes virtutibus, bonis litteris, disciplinisque majoribus Auth. *Habita quidem C. ne fil. pro patr.* erudiunt & ad laborem excitant. De quibus in genere Just. Lipsius *Centur. 1. Epist. 22.* Deque earum necessitate & antiquitate, latè Hermannus Conringius in erudito opere, ubi ostendit illos qui prima jecerunt Reipublicæ fundamenta semper fuisse sollicitos de erigendis, stabiliendisque Academiis, quod crederent nullum florentem Reipublicæ statum comparari aut retineri posse sine litteris, & bona juventutis institutione Aristotel. *l. 5. Polit. cap. 9.*

§. III.

Atque hæc publicas scholas, primum Græci omnium fere artium authores induxisse videntur, qui cum aliis in locis, tum Athenis publicè magno studiosorum concursu, diversas profiteri artes, certisque stipendiis & honorariis docere cœperunt. Vid. Gellius *in noctibus Atticis* Post liberalitate principum diversis in locis viri Docti selecti sunt, ad erudiendam in variis scientiis juventutem: Existima-
bant

bant enim, non posse eam commodè domi inter privatos parietes instrui, cum quia parentum sæpius indulgentia, & ineptus quandoque amor animos juventutis corrumpit, tum, quia domi ea sola discere possunt quæ ipsis præcipiuntur; in scholis vero publicis etiam ea, quæ aliis, ut ait Quintilianus *l. 1. instit. cap. 2.* ubi: *audiunt multa quotidie probari, multa corrigi, sic ut uni proderit alicujus objurata desidia, proderit laudata industria, excitabitur juvenis laude commilitonis & premio studiis debito.* Namque accensi juvenes atque amore scientiæ excitati, peregrinari in novas Academias & Professores adire consueverunt, ob quas patriam dulcissimam, parentes, amicos & bona sua relinquunt, & in loca externa & remotissima tanquam in exilium abeunt; quippe etiam amore scientiæ se pauperes reddunt, quod fit cum sumtus magnos, præsertim in Gallia facere coguntur (*also die Wirthe mit einem Deutschen oft übel verfahren / und so man vermeint es wäre alles richtig / so heist es doch noch / Monsieur queque chose pour la fille*) tam in itinera, quæ studiorum causa suscipiunt, quam in victum, alimenta, vestes & libros, aliaque quibus, si Domi essent, aut prorsus carere, aut minori pretio eadem comparare possent. Præter hæc injurias corporales, à vilissimis sæpe hominibus sine causa perferre debent, vitam suam multis periculis & fastidiis exponentes, periculis fluminum, periculis latronum (quibus duomecum in silva Werdunensi expositi fuerunt) periculis furum, periculis pravorum sodalium & falsorum fratrum, periculis in labore & ærumnis, in lucubrationibus, vigiliis multis, in fame & siti, in jejuniis, in frigore & nuditate; Sed & sodales Academici minime vos etiam latebit, quod tali nomine Imperator commiseratione ac beneficiis præcæteris (post fornacem hærentibus) nos dignos reddat;

nam cui nunquam male, raro bene.

§. IV.

Jam Monasteria olim Academiæ loco fuisse patet ex Srengel. *de Monast. in Præfat. ad Lector.* adjunctæ enim, inquit, *Monasteriis erant scholæ, in quibus omnis ætatis homines informabantur, & erudiebantur.* In primis præerant scholæ Doctissimi quique & probatissimi Monachi, hoc tamen discrimine saltem aliquibus locis, ut duplices essent scholæ, aliæ internæ Religiosis erudiendis dicatæ, aliæ externæ in quibus seculares, procerumque & Nobilium liberi instituebantur. Conf. *Antiqu. Fuld. fol. 35.* & præclare de hoc instituto Trithemius in *Chron. Hirsaugensi.* Ita de collegio Leodiensi Chronicon Belgicum magnum: *Fuerunt hoc tempore anno 1131. in Ecclesia Leodiensi Canonici residentiam facientes, filii Regum 21. Ducum quoque filii 14. Comitum vero 29. Militum & Baronum 7. inter quos etiam fuerunt plures diversarum gentium Doctores & Magistri solennes.* Qua de re Miræus in *laudat. funebri D. Thomæ,* quæ junctâ ejusdem *Originibus Monasticis fol. 399.* *Celeberrimas olim scholas suis in Monasteriis Benedictinos habuisse.* Enim vero majores nostri litteras tradendi cura, jam inde à primis Ecclesiæ temporibus sacramento ordini demandandam esse censuerunt. Quod plurimum referre existimarent, si pueri pietatem cum litteris sensim instillatam imbiberent apud viros Ecclesiasticos assidue versantes. Primis itaque sæculis Benedictini in palestra illa scholastica magno & suo Reipublicæ commodo defudârunt; unde & nationum omnium favor & opes illis immensæ accesserunt, præ cæteris Monachis. Idem postea studium atque operam erudiendæ juventuti P. P. Dominicani impenderunt, ut Ferdinand. Castell. & Petrus de Ribadereira in vita B. Ignat. Lojolæ commemorant. His novissime se adjunxere PP. Societ. Jesu, qui in

in toto terrarum orbe scholas aperuere, & nunc aperiunt non sine fructu.

§. V.

Verum hæ scholæ plurimum & potius sub nomine Gymnasiorum quam Academiæ veniunt, nunc enim separatim constitutæ sunt Universitates solentque approbari ab Imperatoribus, quæ approbatio inter reservata Imperatoria recensetur vid. Sprenger. *de Impe. German. cap. 3.* aliique Juris publici Scriptores. Tum à summo Pontifice, quæ pro veris, saltem hodie communiter habentur. Matth. Stephani *Tract. de Jurisdicth. lib. 3. part. 2. n. 19.* Denique ab aliis Principibus & Rebuspubl. summam potestatem habentibus; sic vidimus quoque in Universitate Aurelianensi promotos in Dicasteriis Allemannicis, imo & Camera Imperiali admitti teste D. Blum. *Process. Cameral. tit. 9. de Advocatis n. 5.* Quem authorem quidem inconvenientiæ & erroris arguit Dn. Decker *in vind. pro verit. & just. Juris Cameral.* sive addition. ad eundem auth. Sed præjudicia sunt in contrarium.

§. VI.

His itaque præmissis ad Studioforum peregrinantium qualitatem propius accedamus; suntque personæ studiorum aliarumque scientiarum gratia in Universitatibus degentes, Studiosi quidem juris olim his nominibus appellabantur: Primo anno *Dupondii* à dupondio numo duobus assibus æstimato, quasi nullius adhuc in civili disciplina æstimationis, scilicet initiati tantum studiis, postea vocati sunt Justiniani novi, vide *Constitut. de conc. Digest. §. 2.* Secundo anno dicebantur *Edictales*, ab edicto, quod eis proponebatur. *Ibid. §. secundo.* Tertio anno *Papinianista* vocabantur ab authore Papiniano cujus libros legebant. *Ibid. §. tertio.* Denique anno quarto *Lytas* nuncupabant, hoc

hoc est, solutos, ut qui jam à certa illa & præscripta studio-
rum ratione essent liberati *ibid.* §. *sed quia solitum.* Quin-
to anno *Prolyte* dicebantur, hoc est, qui eruditione præ-
starent, *ibid.* §. *Quibus si bene,* Post quinquennium con-
summato juris studio dicebantur *Oratores Maximi, Justicie*
Satellites, judiciorum optimi tam athletæ quam gubernatores
in omni loco avoque felices.

§. VII.

Nunc vero & ordinem docendi & titulorum nomina
corruerunt neocommentatores, coeperunt enim appella-
re Baccalaureos, Licentiatos, Doctores Juris Civilis, Juris
Canonici, Decretorum, & juris utriusque; mirum! cur non
etiam Extravagantium prætorique juris Doctores designa-
verint, ne ullum genus Doctorum in barbaro regno desi-
deraretur, qui tamen raro temporis studio juris ad-
discendo impenderunt; Quin imo nequidem in dignitati-
bus adipiscendis id rigide nimis hodie desiderari, cum fa-
ciliiori longe methodo scientia juris nunc acquiratur, insu-
per non tam quam diu quis, sed quam laudabiliter in Mu-
sarum Castris militaverit, considerandum sit; sic hodie
etiam ante illud quinquennium ad summos in utroque jure
honores adspirare licet. Dn. Sueder. *in Jur. publ. p. 8. sect.*
1. cap. 6. n. 4. Brunneman. *ad l. 3. §. 4. C. de Advoc. Div.*
Jud. Sic & in numerum D. D. Assessorum in Camera Im-
periali recipi possunt, qui quinquennium hoc non absol-
verunt, modo alias in approbata quadam Germaniæ Aca-
demiâ studiis operam navarint, & vel Nobiles sint vel gra-
dum adepti. *per Recess. Imper. Noviss. de anno 1654. §. 28.* his
verbis: *Sintemahlen aber auch bey dem Cammer-Gericht*
bishero dieser modus vielfältig practicirt / wan gleich zwo
oder drey Personen præsentirt / und nur eine aus denselben
qualificirt gefunden worden / das deswegen um fernere ad-
junction

junction geschrieben / und die qualificirte Person aus diesem alleinigen Vorwand nit admittirt werden wollen / daß denen Hrn. Assessoren hierdurch das beym Cammer-Gerichte hergebrachtes Jus electionis streitig gemacht wurde; Dieser Modus aber nur zu mehrerer verlängierung der Sachen als befürderung des Justiz-Wesens gereichig. So wollen und ordnen Wir / wan aus dießfalsz zwo oder drey präsentirten Personen tauglich / und wie sich vermög der Ordnung gebühret / qualificirt gefunden werden solte / derselbe un- verhindert des bishero gebrauchten modi eligendi acceptirt / angenommen / und keine weitere adjunction begehrt / auch nit so starck auff das studium Juridicum quinquennale auff Teutschen Universtitäten / sondern auff die Qualitäten / Geschicklichkeit und Experienz gesehen werden solle. Idem multò magis de Advocatis Camerae Imperialis receptum, per speciale Decretum Camerae de d. 30. Septembris anno 1627.

§. VIII.

Patet igitur ex supra dictis, quod peregrinationis Academicæ fructus & finis sit scientiam & prudentiam quærere, item non tantum lustrare & percurrere Urbes, observareque ea, quæ nullius momenti sunt, quemadmodum nostri in Galliam cursores faciunt, qui si sciant infervire poppis aut puellis putant omnia exsuperâsse; sed illarum gentium leges & instituta retinere, regimina & mores, rationem statûs potissimum concernentes dignoscere, ut ea notitia in Reipublicæ utilitatem deinde convertatur, ut monet Just. Lipsius in *Epist. ad Lanogum*, rectius itaque maturiores Juvenes faciunt, qui ad eos populos divertunt, qui cultioribus sunt moribus, & Academias perlustrant celebriores, professoresque publicâ autoritate ad docendum constitutos audiunt, ex quibus aliquid utile discere & referre possint.

B

§. IX.

S. IX.

Quapropter non ineptè hic quæri posset an Germanis sit suadenda peregrinatio in Academias Gallicas, illudque regnum? Quam maximè dissuadentium opinioni adhæremus, imo Imperiali Decreto & sanctione ut inhibeatur optandum esset, præsertim cum Germania nostra præ ceteris nationibus hoc nomine felicior sit, quod plures habeat Academias, vid. Suederi *jus publ. & Besol. Thesaur. pract. verb. Academia Universitäten* in quibus omnia illa addisci queunt, quæ ad status perfectionem pertinent; cum è contrario nil ex Gallia reportetur, nisi corpora & mores corruptissimi, sæpius sincerissimæ genti nostræ infensi, sinceritatis Allemannicæ obliti Gallicisque humoribus potissimum infecti redeunt. Tiberius Cæsar sermone extraneo adeo quidem abstinuit, ut Monopolium in Senatu nominaturus, prius veniam postulârit, quod sibi verbo peregrino utendum esset; Atque etiam in quodam Decreto patrum, cum vox Græca recitaretur commutandam censuerit vocem, & pro peregrina latinam requirendam, aut si non reperiretur, vel pluribus & per ambitum verborum rem enuntiandam, militem quoque Græcè testimonium interrogatum, nisi latinè respondere voluerit. Caj. Sueton. *Tranquil. lib. 3. in vit. Tiber. Cæsar.* At nostri Gallizati Germani adulterando & immiscendo linguæ vernaculæ aliquot verba Gallica omnem movisse lapidem arbitrantur. Quantum vero status, habitus, ceterique sinceri mores nostratum, ab illo tempore, quo hæ excursionses in Galliam fiunt, sint mutati, quotidiana prò dolor nos docet experientia, vereque nos confundunt Cornelii Taciti *in libel. de moribus German.* Senecæ *l. 1. de ira* ceterorumque exterorum non exigui nominis authorum encomia, quando ab iis adeo recessisse ipsi debeamus fateri. Statuendum

dum igitur ut loco hujus peregrinationem per felicem Germaniam suam instituunt, patriæque consuetudines & observantias imbibant, aptosque se reddant muneri publico præesse; ubi non requiretur longa descriptio arcis de Versailles, nec elogium de la machine de Marly, nec Discursus panegyricus civitatis Parisiensis, multo minus quæstio de vestibus, an factæ in Gallia sive in Germaniâ, Car l' habit ne fait pas le Moine, auch die Hülle oder Schleyer die Nonne nicht. Da solche Häubter sich doch einbilden / der Hohen Knopff müste so gar nach Frankreich schmecken. Verum expediet nosse jura patriæ in qua versamur, ne & nobis objici possit, quod Servio Sulpitio, quem Quintus Mutius Scævola P. F. (non Cervidius ille Scævola Volufii Mæciani Discipulus, quos perperam Joh. Glandorp. in *Onomast. Roman.* confundit) sed Pontifex Max. contumeliosâ oratione: *Turpe esse Patricio & Nobili, & causas oranti, jus in quo versaretur, ignorare*, eo adegit, ut operam juri dederit, & deinceps summus Jurisconsultus evaserit, teste Pompon. in l. 2. §. 43. de O. 7.

§. X.

Optime Joh. Barclajus sub recto nomine Euphormionis *Sat. pag. 4.* nostram gentem peregrinandi avidissimam appellat, cum id quoque puellæ nostræ intendant, quamvis his multo minus sit permittenda peregrinatio præsertim in Galliam, cum non solum von gereiseten Frauenzimmer nicht viel gehalten wird; Verum etiam aër Gallicus adeo sit corruptibilis & inimicus pudicitiae, ut vix absque summa difficultate talia vasa, ut pore in se valde fragibilia, illæsa rehaseri, imo omne commercium & loquelam puellis nostris cum Gallo interdicendam putarem; Facillime enim inficiuntur spiritibus Gallicis, quæ dicta citra horum, harumque jactantiam in multis animadvertimus;

& natio hæc adeo est periculosa, ut unus Gallus linguâ suâ capax sit corrumpendi integram Civitatem; Mulier quidem viscus est, Gallus vero sæpè aspectu Basilifcus est. und gleich wie ein einziges reudiges Schaaff eine ganze Heerde anstecken kan; Idem est; si Galli in patriam nostram prorumpant, Als man das Ungezieffer oder die Heuschrecken in Ungarn kämen? Qui eam suis spurcitiis & impudicitiis replent, quosque expellere difficillimum est, hinc non ineptè supra citatus Joh. Barclajus eodem cap. 5. icon. animor. subjungit: *In eorum sedibus inolescere peregrinos, aut ad dignitates pervenire insuetum & pene consumeliosum apud illos nomen est quo externos appellant.*

§. XI.

Ex præcedentibus sequitur, quod & is censeatur peregrinari, qui studiorum causa in Universitate, aliove loco commoratur, nisi decem annis transactis eo loci sedem sibi constituerit, secundum Epistolam D. Adriani in l. 2. de incolis. nec pater, qui propter filium studentem frequentius ad eum locum com meat, domicilium ibi habere creditur d. l. 2. de incolis, nisi eo in loco contraxerit, aut ibi solvere promiserit, vel longo tempore illic in fraudem creditorum commoratus fuerit, quia hisce casibus poterit ibi in loco studii conveniri & detineri, ut tradit Rebuff. de Privileg. Schol. cap. 77.

§. XII.

Atque hinc est, quod studiosi, qui amore scientiæ, in Universitate approbata degunt vel peregrinantur, ire & redire liberè possint ad Academias nullo eis dato impedimento in persona aut rebus, quo fit, ut nulla ab ipsis exigantur vestigalia, aut regalia, tributa, nullum inferatur damnum, ob alterius debitum vel delictum, neve detineantur vel alio avocentur, propter controversias, quæ ipsis

ipsis moventur ab aliis; Conveniri enim debent coram Magistro suo vel loci Episcopo, hodie Magnifico Rectore Universitatis, quomodo illi, qui in Universitate non versantur; Sed si alibi degunt, aut quinquennio abfuerunt non gaudent Studiosorum privilegiis *l. 2. & 3. C. de commeatu*, intra illud tempus autem privilegia retinent, propter animum revertendi, sic in Lovaniensi Academia abesse debent septennio studiosi ut amittant privilegia, quæ iterum recuperant, si Matriculæ se curant inscribi, & animo repetendi studia redeant. Perez. *in C. tit. 49. qui astate vel profess. se excus. in fin.* Eadem privilegia tribuuntur fervis & nuntiis qui scholaribus mittuntur, qui proinde nec jure pignorationis capi possunt, multo magis hæc privilegia Professoribus communicantur, quorum scientiâ totus illuminatur mundus, & ad obedientiam Deo, & ejus Ministris, vita subjectorum informatur. conf. Lucii *Tract. de Privilegiis Scholarum.* Peckius *de jure sistendi c. 5. n. 1. & seqq.*

§. XIII.

Hæc intelligenda de Studiosis Matriculæ Academiæ insertis & in numerum Studiosorum acceptis, qui ulterius compelli non possunt ad munera obeunda illius civitatis, in quo studiorum causa morantur, quandoquidem ibi non habeant domicilium, sed illis semper sit animus redeundi, imo nec reversi in patriam cogi possunt, durante studii tempore, subire onera civilia Bart. & alii *ad l. 1. C. qui astate vel profess. se excus.* Gaudent enim regulariter regulis Academiæ, quamdiu serio studiis incumbunt, nec alteri functioni sese addicunt, quod si autem studiosorum conditionem deserant, & in Jus Civium transeant, privilegia ipso facto amittunt & subjiciuntur oneribus & Jurisdictioni Civitatis in qua sedem fixerunt. Bartol. *ad l. cum Decur-*

rionales n. 3. C. de Decurionibus, ubi docet contraria voluntate & per actum contrarium privilegium illud amitti. Vide Christinaeus ad tit. 39. C. de incolis Decif. 30. & Nicolaus Burgundus ad consuet. Flandr. tract. 3. n. 34.

§. XIV.

Porro quemadmodum scholares prohibentur sibi invicem obstrepere, ne impedimentum studiis inferatur *per l. un. C. de studiis liberal. urb. Romæ, & Constantinop.*; ita etiam fabri juxta Scholas & Domos Professorum strepitum facere prohibentur, quoniam publica utilitas, quæ replet civitatem sapientibus artibus mechanicis præfertur; quod si dicant se esse fabros publicè constitutos & arma fabricare pro republica, cujus causa æque privilegiata est, debet illis à Magistratu commodus remotior locus in civitate assignari, citra studiorum incommodum, cum Magistratûs sit curare, ut pacata atque quieta sint loca, in quibus studia liberalium artium florere solent. *arg. l. 13. ff. de off. prof. quorum causa semper potior visa est, licet fabri & artifices partem civitatis non minimam faciant, ut Arist. lib. 2. polit.*

§. XV.

Quod si tamen fabri moniti non desinant obstrepere nonnullorum opinio est, non posse eos expelli, quia cuique in suo facere libet, quod lubet, etiam cum alterius incommodo *l. 8. §. 5. ff. si servit. vind. l. 1. §. Idem agunt ff. de aqua pluvia arcend. & Menoch. lib. 2. arbitrar. cent. 3. cas. 237.* putat fabros si prævenerint Doctores, vel Studiosos, qui possunt commodè alibi habitare ob præventionis privilegium, non posse expelli, secus si eodem tempore concurrerint; at tamen existimo fabrorum privilegium minus esse, ac proinde cedere debere majori, quo nituntur Professores & Studiosi liberalium artium, & legum, quarum

rum scientia totus illuminatur orbis, & conservantur Reipublicæ; præterea leges armis præferri & arma togæ cedere fatentur scriptores in præmio Institut. plura de privilegiis Studiosorum amplissimis videbis apud Zahn *de mendac. lib. 2. cap. 87. n. 1.* videatur denique Benius cum Hunnio & Rebuff *de privilegiis Studiosorum.* Besold. *tract. de Acad.* aliique, qui ad *auth. habita C. ne filius pro patre* scripsere.

§. XVI.

Cæterum communis testatur observantia, quod ille, qui semel privilegia illa amisit; id est ob perpetratum delictum Relegatus est, à Magnifico Rectore ac Sénatu non raro restitui, ac in numerum Studiosorum recipi possit. Hocque in Jenensi observari tradit Petr. Theodor. *in Colleg. Criminal. Disp. 10. thesi 7. litt. 6.* & ex Wittenbergensi Academia relegatum & exclusum, post aliquot annos, abolitâ per restitutionem infamiâ, in quam per exclusionem, fâtem ex opinione hominum inciderat, fuisse restitutum refert Pet. Heig. *part. 2. quest. 22. num. 43.* Idem factum memini, sed hoc intelligendum de relegatione temporali non perpetua.

§. XVII.

Quemadmodum vero absque nummis difficile est alienas terras invisere, periculosumque nimis sit magnam pecuniæ summam paratam portare, ita pauca addemus de cambiis, utilitatem non exiguam hac occasione præstantibus. Quæritur ergo primo, an si campfor danti pecuniam litteras cambi ad Sempronium dederit, ut solvat, quique eas acceptat, sed antequam solvit bancamruptam facit, dans pecuniam habeat regressum adversus campforem? Et ita putamus prout consuetudo Genuensium Rot. Germ. *Decis. 2. num. 41. Decis. 8. num. 17. & 18.* utcunque dissentiat Mülle-



Müllerus ad Struvium *exercit. 25. lib. 19. tit. 5. n. 44. lit. d. de præs. verb. & in fact. action.* quamvis cautela dantis cambio pecuniam nocere non possit, ut campfor expressè promittat se facturum vel curaturum, ut tanti certo solveretur pecunia, hoc enim casu nullatenus connumerari poterit inter creditores fugitivi, sed scribentis, cum per pactum expressum do ut des vel facio ut facias tutum se reddiderit, dummodo litteras collibificas campfori restituar, arg. *l. 2. C. de condict. ex lege.* Conferatur Müllerus ad Struvium *loco supra citato.*

§. XVIII.

Cambii autem litteris casu in itinere amissis pecuniam in illis contentam ab argentario amittens repetere potest; Epistola enim mihi missa non erit mea, antequam mihi reddita fuerit, *l. 65. in pr. de acqu. rer. dom.* igitur cum litteræ antequam ad mandatarii deveniant manus perditæ & suo effectui destitutæ fuerint pro repetitione datæ pecuniæ contra scribentem agere potest arg. *l. 17. ibi, aut ad novationem,* id est, novam promissionem faciendam cogere, ita tamen si cautionem præstiterit idoneam de indemnitate, ne forsitan super litteris ab alio quovis repertis solutio in loco transcripto præmaturè fiat, atque sic campfor idem bis solvere teneatur *l. 84. §. 7. de leg. 1. Bald. in l. 24. C. de fidei comm.* Conf. Graveus *pract. concl. lib. 2. concl. 37.*

§. XIX.

Item Campfor, qui est in mora, solutamque hac conditione pecuniam, ut in continenti litteras cambiales peregrinanti juris Academico in Galliam transmittat, retinendo, varias expensas causat, tenetur refarcire detrimenta ex mora sua causata. Quo casu omnes fere Doctores mecum conveniunt.

§. XX.

§. XX.

Lubet & hanc subijcere quæstionem, an pecunia peregrinanti filio familias concessa, à patre restituenda Senatusque consultum Macedonianum locum habeat, & nisi probetur quod fuerit in rem versa locum habere ex ratione duplici existimo; Prima odium scœnatorum *l. i. pr. & l. 40. pr. ff. de condict. indeb.* Secunda peregrinantium Studiolorum corruptio & profusio: filii quippe familias ære alieno onerati, in quævis scelera etiam in patres ruunt. §. 7. *Inst. quod cum eo, qui in al. pot. esse dic.* atqui verò hoc præcaveri & fauor parentum & publicum suadet interessè, melius enim est, coarctare juveniles calores, ne cupidinè dediti, tristem sentiant exitum, (dan man brauche keine Laus in den Pels zu setzen / dan sie kommen von sich selbst drein) qui eos post dispersum exspectat patrimonium, ut piè loquitur Justinianus Imp. in *l. fin. §. 5. C. de bon. qua liber. add. Hahn. ad Wesenb. tit. ad S. C. Macedon. n. 3.* Hancque sententiam adeo veram approbo, ut non tantum si peregrinanti sive in Academiis degenti filio familias pecunia mutuo data; sed & si alia luxus subsidia suppeditata, locus sit exceptioni Senatusconsulti Macedoniani, utpote si mercatores merces in vestimenta sumtuosiora statusque conditionem exsuperantia; si caupones, cupedinarii, œnopolæ esculenta & potulenta profusè nimis vendiderint filiis familias. B. Brunne mann. *ad l. 3. ff. de S. C. Macedon. n. 8.* eamque ob causam salutaria passim diversarum Academicarum extant statuta; uti de Statutis Academiæ Tubingensis testatur Lauterbach. *in Colleg. ff. de S. C. Macedon. §. 12.* De Wittenbergensis Zanger. *de except. p. 3. cap. 12. n. 59.* De Jenensis Dn. Struv. *in Syntagmate Jur. Civil. Exercit. at. 20. thes. 53.* De Giessensis Nebelko *ad Inst. de S. C. Macedon. §. 7.* De Franequeranæ Wissenbach. *Disput. Jur. Civil. 47. th. 15. in fin.*

fn. vid. Hahn. *ad VVesenbec. tit. de SC. Maced. n. s. Paul. Voet. ad Inst. eod. tit. num. 4.* De Mussipontanâ ipsemet restor, imo à Serenissimis Ducibus Lottharingiæ sub gravi poena inhibitum, ne mutui dentur filiis familias nummi, quamvis saluberrima hæc lex in hac saltem Univeritate in desuetudinem abiisse videatur, cum contrarium ipsa Germanos nostros docuerit experientia, noverimque manifestum usurarium, qui Teutonibus sub gravibus conditionibus pecunias concedebat, posteaque eos mirum in modum arrestando bona, personas impunè vexavit. Ubi notandum quod familiæ Bodeckianæ datum sit Imperiale privilegium, vigore cujus omnes liberorum cum Judæis initi contractus nulli habentur.

§. XXI.

An verò ultimò Gallicæ alicujus Universtitatis mos approbandus, quæ juxta vulgatum. Accipimus pecuniam & dimittimus Asinos in Germaniam; peregrinantibus nimium favet, ex quovis lapide terminalem, ex quovis ligno statuum mercurialem, & sic ex una vel altera arbore (quæ quod studiorum Academicorum terminum assiduitate attrigerit, mereatur honore terminali condecorari) arbusta facit, sic ut perruptis licentiæ finibus, Doctorum & Indoctorum, natio promiscuo contemptu confundatur, pro ut sanè honor, cui debent excellentiora committi sui numerositate vilescit? Nos id minime putamus, quippe talis Universtitatis peccata semper & donec respiscat, & errores castigandi veniunt. Quæ non erubescit etiam eos, qui primam lineam Bullæ Doctoralis in publico parlamento explicare nesciunt, & quod non dudum Nanciscii contigerit plures mecum testabantur, adeoque latinitatis plane ignaros admittere.

§. XXII.

§. XXII.

Suboritur hic autem quæstio, utrum ii, qui in Universitatibus Gallicis & Germanarum nonnullis ubi sine solemni promotione minus rigorosum, novellarum potius, quam juris examen inter pocula instituitur, sunt promoti Doctoralibus gaudeant privilegiis? Et negamus absolutè, quamvis reperiantur multi, qui statim post inauguralem Disputationem, vel illa etiam non habita, quemadmodum fit Mussiponti & breve examen ad rapinam tituli indebiti provocent, & Licentiati nescio quâ audacia & ambitione inflati in triviis ab ambuasis, & id genus plebejis inter Licentiatum & Candidarum distinguere nescientibus, salutari uelint, Licentiati nomen ubique crepent, omnibus litteris, actis, productis, syngraphis prædictum titulum illinant, annulisque signatoris inculpant, ac si in publico præbeuterio corona ornati fuissent; qualem impudentiam in His paucis perstringere volui. Sciant autem illi ad consequendum Licentiati titulum nequidem sufficere Disputationem inauguralem celebrasse, sed requiritur solennis promotionis actus in quo omnia illa solemnia, quæ in promotione Doctorali, excepto pileo, vel pro ut mores & consuetudines Academiarum præferunt, adhibentur. Quapropter si ita sit de consuetudine Academiæ, illi nec privilegiis Doctoralibus frui, nec ulla onerum immunitate gaudere possunt. Juxta Bald. in *l. athleta* 8. ff. de excus. tur. per text. in *l. 1. in verb. coronati* C. de athletis. l. 10. & in *auth. hab. coll. 4. C. ne fil. pro patr.* His consideratis tales Candidati ingenti membrana quidem provisi injusti tituli usurpationem omittant, sesquipedales spiritus helleboro expellant, & perpendant Romanorum Athletarum sortem, qui nisi in Olympiacis publicis certaminibus, coronis ornati nec Athletarum titulos sibi vendicare, nec ulla

onerum immunitate frui poterant, de quo videri poterit
Lymnæus de jure Publ. l. 8. c. 8. n. 43. in fin.

§. XXIII.

Opinamur denique, Germanos è tali Academia decedentes, Bullâ Doctorali vel Licentiatus nullâ Disputatione habita & absque solempni promotione instructos comparandos esse Doctoribus bullatis, à Comitibus Palatinis creatis, nec cum his frui Doctoralibus privilegiis. Coler. *de Process. execut. pag. 2. cap. 3. num. 123.* Ex subsequentiis rationibus, quia in illis deficit materia præcipua, videlicet scientiæ & promotionis publicæ, quæ in vero Doctore requiruntur, qua de causâ dicuntur Doctores necessitatis sine lege, sine litteris, legum dolores, silentiarii atque Secretarii in quos illud Parth. litiog. optime quadrat,

In Institutis comparo vos cum brutis,

In Digestis nihil potestis,

In Codice scitis modicè

In Novellis comparamini Afellis

In des Reichs Abscheid.

Seyd ihr nicht kommen weith.

Et tamen creamini Doctores

O tempora! o mores!

Hinc merito dicuntur Candidati solummodo Juris, qui non scientiâ; sed in Marsupio examinantur. Damhord. *rr. de patroc. pupill. c. 2. n. 17.* sequitur enim non solempniter promotum & indoctum (de iis enim nobis sermo est) privilegiis Doctorum & nobilium frui non posse Tholos *c. 18. de repub.* cui adstipulantur Ruland. *de Commiss. l. 1. c. 14. n. 8.* Besold. *de jure Acad. c. 4. n. 5.* Lansius *in comment. de Acad. lit. n. pag. circa finem & seq.*

§. XXIV.

Studioforum autem sedulorum & verorum tantus est favor,

favor, ut non tantum sumtus à patre jam erogati à collatione exempti; sed & si filius patre vivo *studiorum causa debitum contraxerit*. Hoc ex communi hæreditate sit exsolvendum. Pater enim cum semel filium litteris destinàrit, ad debita honestè contracta obligatur, sive ergo vivus illa exsolverit; sive solvere debuerit, perinde se res habet; nata enim jam vivo patre obligatio, qui nexus hæreditatem afficit, defuncti personam repræsèntantem, ut adeo non solius filii, sed reliquorum quoque hæredum commune onus sit, arg. l. 1. §. 16. ff. de collat. De quo pluribus Brunner. c. 4. n. 162. & post eum Richter. de Dec. s. ampl. 3. p. 81. Michalor. de frat. p. 1. c. 26. n. 11. Barbof. ad l. 7. ff. solut. matrim. p. 7. n. 27.

§. XXV.

Alia tamen ratio in debitis post mortem patris contractis, cum enim patre defuncto cesset obligatio ad suppetendos studiorum sumtus, & filius pro rata bonorum paternorum Dominus fiat, sine dubio sua vivere quadra, & ex sua rata ulterius studiorum sumtus sustinere debet. arg. l. ex parte 39. §. filius. 3. ff. famil. ercisc. l. 43. §. ult. ff. de muner. & honor. l. 15. ff. eod. cum & alimentorum præstatio ita cesset, l. 5. §. 7. & ult. ff. de agnosc. lib. vid. Brunner. d. c. 4. n. 245. Mang. de imput. qu. 31. n. 1. Badius comment. ad ff. ad l. 50. fam. ercisc. n. 111. & prolixius adductis utriusque sententiæ rationibus, hanc sententiam probat Kremberg de sumt. stud. qu. 2. n. 4.

§. XXVI.

Nec aliud dicendum existimamus, si patre mortuo liberi bona paterna pro indiviso possideant, & ex communi massa filio studiorum sumtus mittant, quod velle videtur Berlich. p. 1. Decif. 8. Struv. Syntagmate 7. C. exerc. 37. th. 30. paterna enim obligatio morte expiravit; fratres vero nullo

jure & ad Studiorum subsidia obligantur, & inde, si sumtus suppeditaverint propter exclusam donationis præsumtionem, vel ex portione fratris Studiosi id fecerunt, vel animo repetendi. Vid. Kremberg *d. tr. qu. 3.* & ea propter Domini Scabini Lipsiensis *Mens. Jun. anno 1667.* Consulti inter alia responderunt: Daß der Sohn daß jenige / was er nach des Vatteren tode auß gemeiner Erbschafft genossen / und empfangen / in gemeine Theilung zu conferiren / oder ihme an seinem zukommenden Antheil / er habe es gleich zu continuirung seiner studien, oder sonsten angewendet / abkürzen zu lassen / schuldig / quod præjudicium integrum refert Philipp. *ad Decis. Elect. 50. obser. 3. in fin.* addatur Richter. *d. Disputat. 5. pagin. 116. n. 4.* pari modo in fac. jurid. Trevirensi responsum, *d. 10. August. 1682.* Was die sumtus studiorum betrifft / ist zwar ganz bekandten Rechts / daß selbe bey der Erbtheilung in keine Collation kommen / weil aber solche sumtus studiorum größten theils nicht von dem Vatter; sonderen der Mutter nach des Vatteren Tode vorgeschossen / und ein Mutter gleich dem Vatter *ad sumtus studiorum* nicht verbunden / zumahlen / da der Sohn sein Väterliches Antheil gehabt / welches in der Mutter administration gewesen / und also denen Rechten nach præsumirtlich / daß die Mutter nicht von ihren eigenen Mittelen / sonderen von des Sohnes Vatter Guth den Vorschub zu denen studiis gethan habe / dan ob gleich die Mutter mit den Kinderen in ungetheilten Gütheren geblieben / und also auß gemeiner Erbschafft die Unkosten genommen / so hatt dannoch die Väterliche obligation *ad præstandos sumtus per mortem* ihre endschafft genommen / und seind die Mit. Erben auß gemeinen Gütheren zu verkürzung ihres Antheils hier zu etwas abfolgen zu lassen nicht schuldig gewesen / deshalb wir darvor halten / daß die Söhne daß jenige /

jenige / was sie nach des Vatteren absterben / durch ihr Studiren consumiret / in gemeine Theilung zu bringen / oder ihnen abkursen zu lassen / schuldig sein / quod & naturalis æquitas suadet.

§. XXVII.

Ampliant hic Doctores ut procedat etiam decisio in sumtibus studiorum à matre suppeditatis, quamvis enim non æqualis alendi necessitas matri, quam patri incumbat; cum tamen pro sumtibus studiorum pietatis præsumtio militet. quæ æquè in matre quam patre se exerit, *arg. l. 4. ff. de curat. furios.* æqualis præsumtio ob favorem studiorum locum habebit, & facit huc casus ipse, pro ut in *l. 50. ff. fam. ercisc.* propositus, ibi enim non de filio in potestate constituto; sed de emancipato quæstio est; hic vero ratione patris & matris eodem loco est, Doctores pro hac sententia citat Brunner. *c. 4. n. 229. seqq.* add. Carpz. *par. 3. Const. 11. Def. 17. n. 3.* Richter. *d. Disp. 5. p. 21.* quibus suffragatur ratio, quod illa, quæ mater filio in castra eunti donavit, valeant, cum ad peculium castrense spectent. *l. 3. §. 4. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Cur non & illa, quæ filio ad Academias eunti data, cum uti superius dictum certa ratione sint peculii quasi castrensis. Kremberg *de sumt. stud. qu. 1. in rat. decid. n. 100.* ubi contrariis abunde respondet, nec dissimilem rationem putamus esse in avo, sive paterno sive materno, cum pro his eadem pietatis præsumtio militet & studiorum publicus favor concurrat. Kremberg. *d. l. num. 109.* Richter. *d. l. pag. 8.*

§. XXVIII.

Ampliant assertum superius ut procedat etiam in sumtibus quos in filii peregrinationem impendit pater, quo exterarum rerumque mores & linguas addisceret, quamvis enim peregrinatio nihil commune cum studiis habeat, & multi

multi feliciter consilio Principi adfuerint, qui peregrinas
oras penitus non visitarunt, ea enim hodie rei literariae &
copia & elegantia in patria Germania est, ut nihil quic-
quam, quod exterarum quoque rerumque gubernandi ra-
tionem attinet, amplius in occulto sit, cum tamen adeo
frequentia cum exteris intercedant negotia, quae feliciter
expediri omnino Reip. interest; hoc vero non aequè com-
mode fieri posset, nisi exterorum parietes & mores & lin-
guae ex conversatione cum ipsis perspectae nobis sint, &
ita expensae peregrinationis utiliter facta, non erunt con-
ferendae, Carpz. p. 3. C. 11. Def. 18. 18. n. 4. Richt. ad auth.
habita Diss. 5. pag. 11. n. 3. & idem etiam ad peregrinatione-
nes institutas ad addiscenda exercitia Equestria extendit
Haunold. de J. & J. tom. 2. tr. 6. cap. 6. contr. 10. n. 573.
Quod tamen non aliter admitto, nisi filius militiae desti-
natus vel conditio ejus, forte quia Nobilis, horum exer-
citorum peritiam exigat.

§. XXIX.

Sequitur exinde filium non conferre sumtus ad conse-
quendum Doctoris gradum impensos. Kremb. d. qu. 6. n.
2. seqq. Carpz. p. 3. C. 11. Def. 17. n. 5. Mangil. d. l. n. 6.
ut taceam per tales sumtus filio viam pandi ad militiam to-
gatam, & ad castrense peculium; talia vero sunt extra col-
lationem l. 1. §. 13. ff. h. t. quod quidem aliqui de solis ju-
ris Doctoribus asserunt, quibus militia togata tribuitur l.
14. C. de Advoc. divers. jud. verum non dubitamus ad alia-
rum facultatum Doctores hoc pariter extendendum esse,
cum eadem autoritate Privilegiorum Doctoralium parti-
cipes fiant, ac necessariam operam Reip. praestent, eodem
modo nec sumtus licentiaturae conferendi. Licentia enim
praecedat gradum Doctoralem, quod itaque in hoc juris
est, idem quoque in antecedentibus esse debet, quae omnia
obtinere

obtinere putamus, si pro comitiva, advocatura, vel alio officio civili pater filii nomine impensas fecerit.

§. XXX.

Tangendæ jam paucis limitationes sunt, quibus scilicet casibus conferendi sint sumtus studiorum. Ipsa l. 50. ff. fam. hercis. limitationem suppeditat. Si pater credendi animo fecerit impensas, & hoc probatum fuerit, vel desuper protestatio parentis exstet, l. Nescennius 34. ff. de negot. gest. ubi tamen nota solam conignationem, vel annotationem non sufficere, credendi enim animus pietas paterna in dubio præsumi non sinit, quod pluribus deducit Kremberg. de sumt. stud. qu. 1. in limit. n. 8. seqq. Supposito autem hoc patrem sufficienter declarasse mentem de sumtibus studiorum conferendis, hoc tamen non crudè accipiendum, ita, ut ad ultimum teruncium filius constringatur; sed detrahendi sumtus ad victum & amictum necessarii, quibus etiam, si domi mansisset, opus habuisset, & quæ pater ipsi denegare non potuisset. Dn. Hahn. ad VVes. de coll. dot. n. 3. vid. Disp. de Jur. Vestiar. c. 5. n. 48. Vinnius de collat. c. 13. n. 1. seqq. hæc enim cum simpliciter sub alimentis comprehendantur, pater eorum collationem non videtur intellexisse, & ita responsum. In d. fac. d. 22. Martii 1683. Daß von solchen ad studia verwandten Unkosten so viel abzuziehen / als Beklagter / wan er zu Haus geblieben wäre / zu seinem Unterhalt bedurfft hätte.

§. XXXI.

Limitatur porro in casu, si sumtus à filio male collocati & filius studiis operam non navarit; sed commestationibus, comotationibus, vel alio illicito modo pecuniam prodegerit; cessantibus enim studiis, cessat favor studiorum causa introductus, & quomodo unquam peculio Castrensi tales sumtus inutiliter consumti accensendi, cum negligentia

D

sua

sua fecerit, ne unquam peculium quasi castrense sibi para-
 re possit, vid. Richter. *ad auth. habita. C. ne fil. pro patr.*
Diss. 1. in fin. p. 120. imo cessat sic omne decus & ornamen-
 tum, quod familia & coheredes, vel utilitas, quam Res-
 publ. sperare poterant, Vinn. *de collat. c. 13. §. 7.* & huc
 pertinent Statuta Hamburg. *p. 3. tit. 4. artic. 5.* in verbis:
 Da aber ein Kind / oder Kindes Kind unnöthige und über-
 flüssige Unkosten / mit Schencken / Spielen / und in andere
 ungebührliche Wege angewandt / und der Vatter solches
 bezahlet hätte / daß wird ihm billig an seinem Erbtheil ab-
 gezogen / und gekürzet / spectat huc quoque severa illa ad-
 monitio Sereniss. Electoris Saxon. in *Decis. noviss. 50. in fin.*
 quæ digna ut hic reperatur; Wo bey wir hier über alle und
 jede Kinder / welche die Elteren auff Schulen / und Uni-
 versitäten schicken / alles ernstes / und so lieb ihnen ihre wohl-
 fart ist / treulich vermahnet haben wollen / daß sie die Zeit /
 und Unkosten denen Elteren zur Freude / und Trost / wohl
 und nützlich anlegen / was redlichs lernen / und vor Müß-
 siggang / Hoffart / Verschwendung / und anderen frechen
 ärgerlichen beginnen / sich hüten sollen / damit widerigen fals
 und so wir erfahren würden / daß sie mit blosser äppigkeit
 der Elteren Vermögen verschwendet / nicht veranlasset wer-
 den / sie solches privilegii, dessen sie sich dan / dadurch selbst
 unfähig gemacht / nach befindung verlustig zu erklären / oder
 mit anderen Straffen zu belegen / similis decisio reperitur
 in *Reformatione Francofurt. p. 6. tit. 5. §. 4.* ubi referente
 Malcomel. in not. ad Ludwell. *comment. ad ff. tit. de collat.*
lor. l. 6. hæc habentur: Doch da sich befünde / daß diesel-
 ben Söhne solche zum studio, oder sonst auff sie gewandte
 Unkosten / übel angelegt / überflüssige Kosten / mit zehrungen
 / verschwenden / schencken / spielen / oder in andere un-
 gebührliche Wege / getrieben (daher dan solche offte durch
 viel

viel gemachten Schulden / denen Elteren ein antependium vor ein Bruststück / auch ein Chormantel vor ein Reiff oder Strickroll verrechnen) so die Elteren folgendes vor sie bezahlen müssen / gemacht hätten; so sollen sie ihnen solches in der Erbtheilung abziehen zu lassen / schuldig sein / quas sanè prudenter expressis inducta statutis, quo eo melius studiis adstringantur liberi, & in hanc decisionem DD. fere omnes consentiunt, quos allegatos vide à Kremberg. qu. 1. in limit. n. 47. & 48.

§. XXXII.

Perdit quoque illa regula officium suum si tanti sumtus in studia filiorum sint impensi, ut reliquis liberis nequidem salva maneat legitima; Favor enim legitimæ major est, quam studiorum, cum legitima ex naturali ratione debeatur. l. 7. pr. ff. de bon. damnat. l. 7. §. 1. ff. si tabb. test. null. exst. Et utut pater liberorum suorum habeat arbitrium; hoc tamen se nunquam ad legitimæ læsionem extendit, in quâ pater nullo modo reliquos liberos gravare potest. l. quoniam 32. C. de inoffic. test. & t. t. C. de inoff. donat. & ibi Doctores. Confirmat hoc præjudicio Dn. Richter. ad auth. habita Diss. 5. pag. 118. n. 5. & rationibus firmat Kremberg d. l. n. 77. seqq. & hæc limitatio in Saxonia solenniter probata. Per Decis. Elect. 50. ubi inter alia hæc habentur: Auff den fall da die Unkosten so über mässig / daß denen übrigen Kinderen die legitima geschwächet wird / soll daß jenige / was die Rechte: De inofficiois donationibus und sonst verordnet / unverrückt statt haben / und in acht genommen werden. Add. Philipp. obs. 1. ad d. Decis. 50. Ex qua Decisione Saxonica simul apparet, non ita omnes studiorum sumtus; sed quâ legitimam lædunt conferendos esse, eatenus enim & inofficiose donationes saltem revocantur.

§. XXXIII.

Inter officia quoque humanitatis ob favorem studiorum refertur peregrinos admittere hospitioque comiter excipere, qua quidem re non pauci antiquorum fere ad ambitionem usque sese jactarunt, sicuti iidem judicabant, sanctissimum aliquod necessitudinis & amicitiae jus ex hospitio oriri. Aristoteles *Moral. l. 2. c. 11. Amicitiarum hospitalitas validissima videtur, neque enim ullus est de quo ambigatur, communis finis, ut inter cives.* De humanitate Indorum adversus peregrinos, vid. Diodorus Siculus *l. 2. c. 42.* Aelianus *V. H. l. IV. C. I.* hanc legem Lucanorum recitat: *Si sub occasum solis venerit peregrinus, volueritque sub tectum alicujus divertere & is hominem non susceperit, mulsetur & penas luat inhospitalitatis.* Philo Judaeus *de vita Mosi, hospitibus eadem, qua supplicibus jura debentur tradit:* ut tamen isthoc officii Jure Naturali debeat, requiritur, ut alteri honesta sit, aut necessaria causa, quare è domo suo absit, & unde domi nostrae nullum periculum, aut dedecus immineat, praeterea ut pretio aliud hospitium conducere nequeat, inde major quondam istius humanitatis necessitas, ubi publica diverforia nondum in usu erant, aut vilia viroque honesto indecora habebantur, quam hodie in plerisque Europae partibus, ubi & ad usum, & splendorem ista passim instructa reperiuntur.

§. XXXIV.

Enim vero & si passim inhospitalitatem tanquam certum specimen barbarae inhumanitatis, traduci videas, dubium tamen moveri potest circa illos potissimum, qui curiositatis duntaxat causa alienas regiones adeunt, an istis ipso naturali jure admissio debeat: Sane Spartanis, ut peregrinos sua civitate arcerent, haec sufficere ratio dicebatur, ne patrii mores illorum conversatione corrumpere-
rentur,

rentur, aut evilescent; cui tamen aliqui reponunt, non omnia meliora, quæ apud nos, aut deteriora, quæ apud exteros usu recepta esse; si quod melius apud hos inveniat, absurdum fore, ideo id adspernari, quod peregrinum sit, canum esse, etiam vilissimis vernarum adulari; alienos, utut præstantissimos viros, allatrare, nescio quid horridi, & inculti istis adhærere, qui nunquam patris fedibus pedem extulerunt, sic & apud Livium *l. 41. c. 24.* Decretum Achæorum, quo finibus suis interdixerant, Macedonibus, *exsecrabilis velut desertio juris humani* vocatur, heic igitur certum videtur, si nostri cives peregrinantes ab aliqua natione comiter recipiantur, parem humanitatem eidem nos honestè denegare non posse, sicut contra in Gallia qui nostros arcent, sui ut à nobis recipiantur impudenter postulant, verum si aliqua gens exteros adire non curat non adparet quo jure ipsa teneaturmittere illos, qui citra necessariam ac gravem causam ad eam accedunt.

§. XXXV.

Occasione peregrinorum, quædam de legatis addere placet & aliis peregrinis. Inter præcipua capita juris gentium voluntarii Grotius numerat jus legationum, ubi arbitramur ipso jure naturæ legatos esse inviolabiles etiam apud hostem, siquidem speciem legatorum, non speculatorum, per se ferant, quam diu in eum ad quem missi sunt, hostilia non moliuntur, etsi fors ordinario modo per tractatus Domini sui commodum præ alterius commodo quærant; cum enim ejusmodi personæ sint necessariæ ad pacem conciliandam, servandam, aut arctius per fœdera & pacta adstringendam, quam ipsum jus naturæ omnibus modis honestis amplecti jubet, utique & cavisse censetur idem jus securitati personarum, sine quibus finis ab eodem præceptus obtineri nequit.

D 3

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Peregrini clerici dicuntur omnes, qui non sunt de Episcopatu vel Dioecesi, sed aliunde (maximè de remotis regionibus, ut Transalpinis vel Transmarinis respectu Italiæ) veniunt, qui si visitandi solum causa venerint, & noti sunt, etiam ab inferioribus Prælatiis sine licentia Episcopi, in gradu suo suscipi, & tam ad verbum faciendum, quam oblationem consecrandam, sive sacrificium Missæ admitti possunt. *C. Episcopi vel presbyteri. 7. q. 1. C. quiescamus D. 24. c. nullus 3. qu. 6. C. tue infra.* Sunt autem graves causæ, ob quas peregrini merito ab ordinibus & sacris ministeriis, saltem sine sufficienti testimonia arceantur, quia non licet Episcopo falcem suæ jurisdictionis in Messum alienam ponere, ordinando, vel judicando subditos alienos, *D. 71. c. 1. & seqq. c. scriptum. qu. 3. 2.* Quia peregrini frequenter sunt criminosi, excommunicati, irregulares, & sæpe mentiuntur se habere ordines, cum non habeant, aut majores quam habent. *c. afros. & c. seq. D. 98. c. dua 19. q. 2. c. 1. de temp. ord. in 6.* 3. Ita Archydromantita quidam, ex Græcia in Germaniam venit, ingentem pecuniæ summam pro captivis collegit, sed tandem ut impostor deprehensus est, & hinc fide sed cui vide: quia si non ostendant licentiam aut testimonium Episcopi, præsumuntur inobedientes, quia non licet clerico peregrinari, aut abesse etiam causa studii vel negotiorum, sine licentia Episcopi, *c. nec oportet, D. 5. de consecr. & ibid. Gl. c. relatum. & c. seq. de Cler. non resid. C. presentium 7. q. 1. De Clericis vero, qui in remotis regionibus ordinati, litteras eorum ostendant à quibus ordinatos esse dicunt, & cum de sigillis dubitatur, Scritura Patrum observentur, ut videl. transmarini, quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur quod in aliis iidem qui incogniti sunt observetur, & in suspensione aliquanto*

aliquanto tempore habeantur, donec informatio de ipsis haberi possit, de inferioribus quoque ordinibus oportet inquiri, ne forte aliquibus pratermissis saltum fecerint.

§. XXXVII.

Clericos peregrinos habentes quinque Episcoporum litteras commendatitias sive commissorias Papæ, ubique & ab omnibus Episcopis esse admittendos, item si habeant litteras sui Episcopi & sigillum, notum est, per hunc r. & Conc. Trid. Sess. 23. c. 16. ubi statuitur: *Ut nullus Clericus peregrinus sine litteris commendatitiis sui Ordinarii, ab ullo Episcopo ad Divina celebranda & Sacramenta administranda, admittatur.* Si tam Clerici, quam Episcopi sigillum sit ignotum non admittuntur publicè ad celebrandum, nisi habeant sigilla quinque Episcoporum, per hunc r. cuius Canonis rigor, utrum hodie observetur, cum tamen observari deberet, (damit deren nicht zu viel gefunden werden mögten / welche ihre Flucht nach Ungarn oder anderwerths hin nehmen) nobis non constat, si tamen ejusmodi Clerici tot Episcoporum sigillis destituti, neque aliunde suspecti, secreto ex devotione velint celebrare, possunt sustineri sive admitti. Sed nota inferiores Prælatos, etiam exemptos, non posse peregrinos ignotos, etiam vigore litterarum dimissorialium ad celebrandum admittere, aut in Ecclesiis sibi commissis instituere, sine licentia Dioecesani Episcopi. c. fin. infr. C. cum nullus de tempor. ordin. in 6. & DD. ibi communiter, quia cognitio validitatis litterarum dimissorialium est reservata soli Episcopo, & contraria consuetudo est improbata tanquam irrationalis, uti ex dict. cap. fin. infr. colligunt DD. Sic Clerici sine suorum ordinatum litteris venientes, etiamsi offerant Juramentum, quod sint in quovis Ecclesiasticorum ordinum constituti; nisi de ipsorum ordinatione Canonica per idonea constiterit



rit argumenta, nec in illis suscipi, nec ad majores debent ordines promoveri præsertim antequam eorum conversatio fuerit approbata.

§. XXXVIII.

Episcopus Clericos alienos absque superioris licentia & testimonio scienter vel ex ignorantia affectata vel quocunque alio quæsito, etiam cujusque simplicis vel generalis rescripti aut privilegii prætextu, etiam statutis temporibus ordinare præsumens, per annum à collatione ordinum est suspensus. *c. 2. de tempor. ordin. in 6. Concil. Trid. Sess. 23. c. 8. de reform.* Si vero laicum alterius Dioecesis sine dimissoriis scienter ordinet in Clericum, per annum suspensus est à collatione primæ tonsuræ *c. fin. de tempor. ordin. in 6.* Sed prævalet poena Conc. Tridentini, in dubio autem præsumitur scientia, quia adstringitur ad notitiam facti alieni in hoc casu. *c. innotuit. §. habito de elect.* quemlibet enim ordinandum scrutari tenetur *c. qui Episcopus d. 23.* ipseque ordinatus est suspensus quo ad se, & suspendendus quo ad alios, quamdiu proprio ordinario videbitur. *Gloss. & gemin. in c. 2. de temp. ordin.*

§. XXXIX.

Clerici autem Episcoporum taliter suspensorum, postquam de eorum suspensione per evidentiam facti vel notorium juris constiterit, absque eorundem licentia, à vicinis Episcopis canonicè possunt ordines suscipere. *c. 2. §. Clericis de tem. ordin. in 6.* Secus est in laicis, qui non possunt recipere primam tonsuram à vicinis Episcopis, etsi ipsorum Episcopi sint suspensi, quia non tanta necessitas urget laicum, ut fiat Clericus, quanta Clericum ut promoveatur ad ordines superiores. *arg. c. cum nullus §. inferiores de temp. ordin. in 6.*

§. XL.

S. XL.

Ceterum ampliffimus adhuc pateret campus egregiam hanc materiam dilatandi & præsertim specialiora quædam ad famosum illud par Authenticarum. *Habita C. ne filius pro patre nec non Omnes peregrini C. comm. de success.* ut & de jure *Albinatus*, *Albinagii*, sive le droit D'aubaine, quatenus illud in Gallia, Portugallia & ditionibus Hispanicis huc pertinet, differendi; Sed ne nimium crescant pagellæ hæ, vela nunc contraho, aliisque in tam ampla dicendi messe hoc spicilegium relinquo. Illud sperans à censore quovis non morosissimo me impetraturum, ut si non omni ex parte in supra dictis officio satisfeci, credat tamen me satisfacere voluisse: Aut si quæ sunt, quæ ipsi arrident, mihi gratulor ipsique gratias habeo. DEO autem T. O. M. qui hætenus studiis meis tam clementer adfuit, sit Laus & Gloria

TANTUM.

COROLLARIA
EX VARIIS JURIBUS
DE PROMPTA.

EX JURE NATURALI.

1. **P**rescriptio juri Nature haud contrariatur.
2. **A**limenta spuris debentur.
3. **T**ympanorum pulsatores ut & buccinatores à Principe missi, inviolabilitate & protectione omnino gaudent.

EX
consequens tributa & tributis exig. possunt
quia alimenta sunt consequens generationis neque
doctus non dicitur in her. spurios et legitimos novit
quia pax fieri nequit, bellum ab un genit. p. p. parent
pax & p. consiliarius nisi quibusdam personis intermedij

Opponitur lex 208 de
Reg. juris ubi dicitur quod
nemo debeat locum publicum
aut alterius jurisdictionem
impugnare
de be. officia jur. v. g. r.
sententia sunt scripta
de op. Novella gna
si quis in potest. filij in mala p.
deinde N. v. e. auctor. de
advoc. nullus valor opp.
quod nos p. sine facta n. b. t.
ad officium n. p. r. e. p. o. s. i. t.
tenet factus p. p. l. e. t. u. r.
et tunc n. p. r. e. p. o. s. i. t.
et tunc n. p. r. e. p. o. s. i. t.
sent. ex la. et servon.



EX JURE CANONICO.

*huc Carol. intelligo Dum
Conf. Trid. 2. dam. No. tangunt
Sed ubi enim in Conf. Trid.
Matr. p. 1. auctor. d.
Benedictio sacerdotis
Nullum consensum intell.
quie declaratur nam
paratio in benedict.
Rom. sacra
Intelligo Jus Can. ex
Conf. Trident. q. 1.
quo sessione 2. cautum
E. us. anademathe. Cam.
nentes qui habent matr.
ibis parentum consensu
conspicuum ea resur.
erunt*

- 1. Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum Nuptiarum, id est mutuus in utrimque consensus V. G. ego te Sponsam in uxorem accipio sunt ipsum matrimonium.
- 2. Mutuus consensus contrahentium iustas Nuptias facit, nisi Civis Romani puberes ob consanguinitatem, affinitatem aut aliam causam conjungi vetantur.
- 3. consensus parentum ad contrahendas Nuptias iure Civili, moribus, multisque in locis necessarius; solus vero contrahentium iure Canonico requiritur, nec etiam parentes filios, filiasque ob Nuptias sine consensu initas exheredare possunt, licet etiam filia alicui inferioris conditionis, turpi vel indigno nubat, cum alias ipsis tolleretur libertas ex iure Canonico ad Matrimonium requisita.
- 4. Hodie casu delinquentes ad adem sacram vel Statnam Principis confugientes ob Jus Asylly tuti sunt, & non indistincte apud Apostolicos Romanos.
- 5. Religiosas intra numerum constitutum in Monasterium admittentes pro pecuniis Simoniam committere defendo, contradicentibus Conf. Trid. contradico. Es sepe dan / daß man bey 100. bis 1000. ad mehr Rthlr vor ein paar Handschuhe annimmt / an vero sub hoc pratextu conscientia satisfiat, problema esto.

EX JURE CIVILI.

*100 p. quia unuq. pio
requirit possessionem
possessionem et nequit
diss. res sol. tradita.
Suo casu et Naturali
ppl. leg. 2. de
acquirendo reru. domi.
ca. Trid. o. hunc quos
E. leg. 2. de acquir. reb.
iudic. Interim
Nam uti Dicit H. in
Dial. leg. 2. de doner.
verus si non superveniat
si abn. ille supervenit
d. leg. 2. de acquir. reb.
iudic. d. 1. de acquir. reb.
iudic.*

- 1. Donatio absque traditione non transfert facultatem usucapiendi.
- 2. Bone fidei possessor omnes fructus suos facit etiam ex quibus factus est locupletior.
- 3. Illi, qui vi metuque contractum inivit, datur exceptio quod metus causa.

*Non autem contractus e ipso
iure nullus periculum expresum in
E. 2. de quod metus causa
oia requisita consensus hic ad p. 1. imo
qui contractus vult magis serio v. 1. q. 1. gram*

4. *Soluto Matrimonio, Uxori praefer hypothecam tacitam Jus praelationis ratione aliorum creditorum concessum.*

EX JURE PUBLICO.

1. **S**tatus Imperii absentes, iis, quae in Comitibus decreta sunt, perinde ac si praesentes fuissent obligantur.
2. In Electores bene Regibus equiparatos crimen laesae Majestatis committi potest.
3. Principibus Imperii improprie Majestas competit.
4. Camera Imperialis etiam ratione feudorum majorum in possessione judicat.
5. Proclama in Camera Imp. usitatissimum sedem habet in Jure Civili.
6. Appellatio ad Imperatorem facta tam in judicio Imperiali Aulico, quam in Augusta Imperiali Camera introduci potest.

QUARE.

F I N I S.

Ech wolt nach Dichter Kunst Dir gern ein Lied hinschicken!
 Wan in mir wär ein Geist so in Poëten flamm!
 Und könt ich meinen Keil in Hypocrenen negen:
 Aus dessen Orden bin ich aber nicht entstammt.
 Wo soll ich Wörter Zier und schöne Reimen nehmen!
 Wodurch ich! werster Freund! dein Lob erheben kan.
 Ich muß so viel ich kan hiezu mich doch bequemen:
 Nim Du es aber nur als Herz gemeinet an.
 Ob es von Zierlichkeit schon gang entblisset lieget!
 Und dessen Annuht gleich nicht dein Gemüht ergetzt;
 Allein ich weiß Du bist mit diesen schon vergnüget!
 Was hie mein schlechter Keil wollmeinend auffgesetzt.

Die

Die Tugend hat dich schon auff solche Weg geführet!
 Die ein verzagter Geist nicht leicht betreten kan/
 Da Ruhm und Ehre wohnt/ da Freude wird verspühret/
 Wan man nach schwerer Müh im Haffen laudet an.
 Drumb muß ein Lorber-Kranz dein kluges Haupt bekrängen/
 Und der Gelehrten Schaar dich ruffen häufig zu:
 Glück zu! mein Freund/ dein Lohn wird ihund Dir ergänget/
 Und g'neust nach grosser Müh die angenehmste Ruh;
 Drumb muß mein schlechter Keil zu einem Wunsch noch eilen/
 Den ich mit Herz und Mund in diesen Zeilen schließ:
 Der Höchste wolle Dir stets seine Huld ertheilen/
 Bis Du versezet wirst ins Ew'ge Paradies.

Dieses setete dem Hn. Defendentē
 als meinem werthesten Freund mit
 Eifertiger Feder

P. N. von DERENTHAL, J. C.

Quos Hierana Themis tibi jam largitur honores,
 Gratulor in præsens pectore, & ore tibi.
 Et quidni: jus fasque tibi jam foedere jungis,
 Hinc tua cum Astræa statque vigerque salus.
 Nunc Martha excipiat spartham hanc, felixque vocaris,
 Ac beet è verâ vera salute salus.

*Nobilissimo ac Consultissimo Dno. DISPU-
 TANTI honores summos in utroque
 jure promeritos Capienti ex animo gra-
 tularur*

T. H. DE HAES, LL. C.





Kr 2209^v

X2368165

1018

ULB Halle


005 813 735

3



Stb







7

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
HISTORICO, POLITICO,
THEORETICO PRACTICA
De
**PEREGRINANTI-
BUS ACADEMICIS**

Sive
DE IIS QUI STUDIORUM CAUSA IN
ALIENIS CIVITATIBUS DEGUNT
Quam
PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

Ex
AUCTORITATE & DECRETO
Magnificæ, Ampliſſimæ ac Conſultiſſimæ
FACULTATIS JURIDICÆ

in per illuſtri florentiſſimaque Univerſitate
Duisburgenſi Regis Boruſſ. florentiſſima
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores atque immunitates
Doctorales ritè ac legitime capeſſendi

In Auditorio majori publico eruditorum examini ſubmittit
JOANNES BAPTISTA ZUCKETTO

TREVIRENSIS DE ÜRTZETO.
Ad diem Auguſti horis conſuetis.

DUISBURGI AD RHENUM,
Typis JOHANNIS SAS, Academiae Regiæ Typographi.
Anno MDCCXVI.

